Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

NVME

Sta paulisp uix holocaustum tuum donec uadam si forte occurrat mihi dominus. Quecumque impauit mihi loquar tibi. Cumque abisset uelocitere occurrit ei deus locutusque e ad eum balaam. Septem inquit aras erexi. et impositi tauros et arietem desuper. Dominus autem posuit uerbum in ore eius. et ait. Reuertere ad balaach. et hec loquere. Reuersus inuenit balach stantem uxta holocaustum suum. et omnes principes moabitarum assumptaque parabola sua dixit. De aram adduxit me balach rex moabitarum de montibus orientis. Ueni maledic iacob. et ueni detestare israel. Quomodo maledicam cui non maledixit deus. Aut quomodo detestor quem dominus non detestatur. De summitate namque petrarum uidebo eum. et de collibus considerabo illum. Ecce populus solus habitabit. et inter gentes non reputabitur. Quis dinumerare possit pulueres iacob. et nosse numerum stirpis israel. Moriatur anima mea morte iustorum. et fiat nouissima mea horum similis. Dixeruntque balach ad balaam. Quid e hoc quod agis. Ecce maledictis inimicis meis uocauit te. et tu e contrario benedicis eis. Cui ille respondit. Num aliud possum loqui nisi quod iusserit dominus. Dixit ergo balach ad balaam. Uenite mecum in aliam locum unde ueniens israelis uideas. et totum uidere non possis. inde maledicito ei. Cumque duxisset eum in locum sublimem super uertice montis pisga. edificauit balaam septem aras. et impositis super singulis arietibus. dixit ad balach. Sta hic uxta holocaustum tuum donec ego pergam obuiam. Cum autem dominus occurrisset. posuisset que uerbum in ore eius. ait. Reuertere ad balach. et hec loquere ei. Reuersus inuenit eum stantem uxta holocaustum suum. et principes moabitarum cum eo. Ad quem balach. Quid inquit locutus est dominus. At ille assumpta parabola sua ait. Surge balach. et audi. filii sephor. Non est deus quasi homo ut mentiatur. nec ut filius hominis ut mutetur. Dixit ergo. et non faciet. locutus est. et non implebit. Ad benedicendum adductus sum. benedictionem prohibere non ualeo. Non est idolum in iacob. nec uidetur simulachra israel. Dominus deus eius cum eo est. et clangor uictorie regis in illo. deus eduxit eum de egypto. cuius fortitudo similis est rinoceronti. Non est augurium in iacob. nec diuinatio in israel. Tempore suo dicetur iacob. et israeli. quid operatus sit deus. Ecce populus ut leena consurget. et ut leo erigetur. Non accubabit donec deuoret predam. et occiso sanguinem bibat. Dixit balach ad balaam. Nec maledicas ei. nec benedicas. Et ille ait. Nonne dixi tibi. quod quecumque mihi deus imperaret hoc facerem. Et ait balach ad eum. Ueni. adducam te ad alium locum. si forte placeat deo ut inde maledicas ei. Cumque duxisset eum super uerticem montis phegor. qui respicit solitudinem. dixit ei balaam. Edifica mihi hic. septem aras. et para totidem uitulos. et totidem arietes. Fecitque

Cumque XXIIII. Caras. uidisset balaam quod placeret domino ut benediceret israeli. ne quaquam abiit ut ante. perrexit ut augurium quereret. sed dirigens contra desertum uultum suum. et eleuans oculos. uidit israel. mitentem tribus commorantem per tribus suas. Et irruit super eum spiritus dei. assumpta parabola ait. Dixit balaam filius beor. dixit homo cuius obturatus est oculus. dixit auditor sermonum dei. qui uisionem omnipotentis dei audiuit. et cadit. et sic aperiuntur oculi eius. Quam pulchra tabernacula

fecit balach ut balaam dixerat. impositisque uitulos et arietes.